



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 148. Coram quibus fieri possit resignatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

2. c. 3. d. 36. n. 23. contra *Hostiens.* *Nec obstat* relata
Constit. Pii V. vetans omnem successoris in benefi-
 cio designationem, imò & intentionem successoris,
nam Barb. Zoës. & Engel dicunt id prohiberi colla-
 tori tantùm, ne appromittat alicui conferre: *Nav.*
Paris. Sanch. Castrop. dicunt tantùm vetari designa-
 tionem vel intentionem, si expressè vel tacitè dedu-
 catur in pactum: alii dicunt esse admonitionem tan-
 tùm, ut hoc non fiat, non autem præceptum, nam
 tantùm dicit, *caveat*: de cætero nudæ illæ peces nul-
 lam collatori obligationem afferunt, & de se non
 sunt illicitæ. Et videntur valere dicta, quamvis re-
 signans sic speret, sitque ita constitutus, ut non re-
 signaret, si sciret huic non conferendum, quia hæc
 spes ac dispositio animi nec est de se mala nec ullibi
 prohibetur, *Nav. Paris. Az. Dian. Barb. Tond.*
Vide Leuv. p. 3. q. 369. & 728.

1015

Q. 148. *Coram quibus fieri possit resignatio. R.*
 §. I. Necessariò fit in manibus Superioris, *Cap.*
Admonet, de *Renunc.* quia beneficiatus obligat
 se Ecclesiæ, nec nisi per Superiorem solvi potest, *Pa-*
ris. Garc. Az. Barb. Laym. Castrop. Pirb. Leuv. p.
3. q. 372. Auctoritas tamen Superioris non requiri-
 tur, ut quis dimittat jus ad rem acquiritum & etiam
 acceptatum ratione electionis, postulationis, præ-
 sentationis, impetrationis litterarum &c., quia nec-
 dum erat vinculum cum Ecclesia, *AA* iidem. Po-
 test etiam intrusus propriâ auctoritate dimittere be-
 neficium, *Gl. Inn. Abb. Hostiens. Paris.*; quod li-
 mitat *Garc.*, si appareat, quòd intrusus fit & careat
 titulo. Idem dicunt multi cum *Abb. Paris. Garc.*
Barb., si quis habeat dubium jus in beneficio litigio-
 so, quamvis neget *Laym.* *Vide Leuv. q. 373.*

1016

§. II. Episcopus quantumcumque criminosus,
 & etiamsi sit simoniacus, non potest Episcopatum
 dimit-

dimittere absque licentia Superioris, Cap. *Nisi cum*
pridem, de Renunc., Ut nec ullus alius habens
 jus in beneficio, si ob crimen veniat tantum privan-
 dus, *Paris. Pirb.* Et quamvis sit jure ipso privatus,
 adhuc tamen expectare debet sententiam declarato-
 riam, quando hanc prærequirit privatio, ut nempe
 sic tollatur titulus coloratus & possessio, *Abb. Paris.*
Pirb. Leur. q. 374.

§. III. Si quis obtinuerit aliud incompatible, 1017
 debet nihilominus prius beneficium dimittere cum
 auctoritate Superioris, alioquin revocari potest ad
 primum, Extrav. *Execrabilis*, de præb., *Abb.*
Hoj. Greg. Coras. Bursat. Paris. Pirb. contra *Gl.*
Hof. Gonz. Quinranadv. Garc. Et si transeat ad
 beneficium alterius Diocæsis, requirunt consensum
 expressum; si autem ad beneficium ejusdem Diocæ-
 sis, admittunt tacitum sufficere *Fagn. l. Andr. Pirb.*
 Quod si promoveatur ad dignitatem vel beneficium
 curatum, impediri non debet, *Gl. Hof. Laym. Pirb.*
Leur. q. 375. n. 1. & 2.

§. IV. Satis est, si professurus in Religione id in- 1018
 dicet Superiori Ecclesiastico, nam jus facit ei pote-
 statem sic dimittendi beneficium, arg. Cap. *Licet*, de
 Regul., *Laym. Pirb.* Et universaliter verum est, si
 beneficium sit tantum simplex nullum servitium
 aut residentiam requirens, posse requisito & quam-
 vis invito Superiore dimitti, quia erat principaliter
 ob beneficiati utilitatem, cui resignare potest, *Fagn.*
Pirb. Leur. n. 3., quem vide etiam q. 377. Potest
 etiam quis inire matrimonium & sic tacite resigna-
 re, etiam non petita licentiâ Superioris, *Leur. q. 375.*
 n. 4. Et idem est, si sequatur militiam.

§. V. Resignatio sine Superioris auctoritate fa- 1019
 cta est nulla, potestque Superior cogere resignantem,
 ut in beneficio permaneat, vel cogere, ut legitime
 dimitt-

dimittat, aut ratam habere desertionem, sicque vacans beneficium conferre alteri. Quod si rescians, intra 6. menses non jubeat permanere in beneficio, censetur consentire, & resignatio sortitur effectum, *Paris. Castrop. Pirh.* De cætero antequam consentiat Superior, resignans retinet titulum, sed amittere potest possessionem, *Inn. Abb. Selv. Rebuff. Paris. Garc. Menoch. Laym. Barb. Pirh.* Et ad hanc sine Superioris auctoritate regredi non posse docent *Nav. Paris. Barb.*, ac consentit *Pirh.*, si resignat coram laico. Vide *Leur. q. 376.*

1020

§. VI. Per Superiorem hic intelligitur ille, qui habet potestatem ordinariam beneficiatum removendi ab hoc beneficio; hanc autem non habent omnes collatores, nec deputati ad providendum de beneficiis vacaturis, *Nicol. t. 1. d. 9. §. 10. & 11* Unde non est verum universaliter, quod, ad quem pertinet institutio, ad illum spectet etiam desitutio, nisi institutio ad eum pertineat jure communi & ordinario, non autem si tantum privilegio vel consuetudine, *Paris. Luca:* habet tamen praxis, teste *Laym. & Pirh.*, ut Capitulum admittat resignationes beneficiorum simplicium, quorum habet collationem independentem ab Episcopo. Vide *Leur. q. 378. 395.* Quod si, v. g. dignitas acquiratur per electionem Capituli, quæ confirmari debet per Episcopum, videtur resignanda in manus Capituli, quia obtenta fuit vi electionis Capituli, & confirmatio nihil juris addebat, sed tantum majus robur: attamen vidi etiam oppositum fieri, & resignationem talem admitti ab Episcopo.

1021

§. VII. Resignatio fieri non potest coram Laico, Cap. *Quod in dubiis*, de Renunc, Etiam si sit Patronus beneficii, *Abb. Paris. Barb. Pirh.*; Laicus tamen v. g. Notarius, potest recipere consensum, sed non

authoritate, Nav. Paris. Posset etiam laicus ex privilegio Papæ resignationem recipere, Paris. Leur.

q. 379

§. VIII. Non nisi à Papa admitti potest resignatio Cardinalatus, Patriarchatus, Primatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, beneficii exempti, dignitatum primariorum post pontificalem in Cathedralibus & principalium in Collegiatis, quia harum dispositionem sibi reservavit Papa per Reg. 3. Cancell. Paris. Pirh. Leur. q. 383., Excipe, nisi privilegium vel consuetudo aliud habeat. Item ad solum Papam spectat admittere resignationem Abbatiarum & Prioratum, quorum collatio ad ipsum spectat, Gl. Tamb. Leur. q. 356., quem vide ibid. quoad resignationem talium prælaturarum regularium, quarum collatio ad Papam non spectat. Quam potestatem admittendi resignationes habeant Cardinales & Legati à latere, refert Leur. q. 384. 385.; quam habeant Abbates, Præpositi, Decani &c. Item auditores Rotæ, Notarii Apostolici &c. refert q. 392. & seqq.

1022

§. IX. Archiepiscopus non potest admittere resignationes beneficiorum in Diocesibus Episcoporum Suffraganeorum, Leur. q. 386. Possunt autem Episcopi admittere resignationes puras omnium aliorum beneficiorum, etiam reservatorum Papæ, quamvis hæc conferre non possint: Item patronatorum & electivorum, saltem accedente consensu Patronorum & Electorum, secundum dicta à n. 976. Vide etiam Leur. q. 387.

1023

§. X. Vicarius Episcopi non potest sine speciali mandato hanc potestatem determinatè exprimente recipere resignationes, potest tamen Episcopus id ipsi committere. Vide Leur. q. 389., ubi etiam agit de Coadministratores Episcoporum vel Vicariis

1024

K k

Aposto-

Apostolicis, & q. 390. de Coadjutore Episcopi. Nul-
lum autem Capitulum, regulariter loquendo, po-
test sede plenâ recipere resignationes, *Abb. Inn. Pa-
ris. Pirb.*, quamvis etiam per privilegium vel con-
suetudinem haberet potestatem destituendi, uti pu-
tat *Luca*, attamen *Paris. & Pirb.* putant, si haberet
potestatem instituendi & destituendi, posse etiam
resignationes recipere. Sede vacante potest Capitu-
lum recipere resignationes puras beneficiorum spe-
ctantium ad collationem etiam solius Episcopi, *Pa-
vin. Sbroz. Coras. Az. Garc. Barb. Castrop.*, par-
tim contra *Rebuff. Paris. Laym. Pirb.* id admitten-
tes tantum de beneficiis spectantibus ad simultane-
am collationem Episcopi & Capituli, & de eis, quæ
resignantur in pœnam; partim contra *Roffiniac.* &
alios id absolutè concedentes tantum de resignatis
permutationis causâ: sed ratio nostra est, quia Ca-
pitulum succedit Episcopo in omnibus, quæ sunt
jurisdictionis ordinariæ, saltem necessariæ, nisi ex-
pressè excipiantur à jure, hæc autem potestas est ju-
risdictionis ordinariæ & necessariæ, debet enim re-
signatio facta ex justa causa recipi, nec excipitur à
jure, ergo. Non videtur tamen Capitulum recipere
posse resignationes permutationis causâ, nisi eor-
um beneficiorum, quæ conferre potest saltem cum
Episcopo, quia cum permutationem comitetur col-
latio, si hanc non possit facere Capitulum, nec po-
terit illam. Vide *Leur. q. 391.*

1025 §. XI. Episcopi possunt in omni mense admitte-
re resignationes, & non obstantibus Concordatis
conferre beneficia resignata, quæ aliàs sunt suæ col-
lationis, uti dictum est n. 511.

1026 Q. 149. Quas causas requirat resignatio. R.
§. I. Quamvis *Engel* dicat hodie consuetudi-
nem obtinuisse, ut sine causa graviore resignatio-
nes